



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Vndecima. Mariana illa verba: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? multifariam, multisq[ue] modis illustrantur, & ex illis aduersus oblatrantes Hæreticos, constantissima Mariæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

enim Deus a facie, & gratia sua eiicit, quæ mala non inuadent? & quem Deus gratiæ suæ donis cumulat, quæ bona non consequentur? Id probe agnoscens, im- mō expertus Dauid confidenter canebat:

*Psal. 26.*

*Si conspiciant aduersum me castra, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. quid quæso habes Dauid iuxta te, aut in quo confidis, ut neminem timea: respōdet: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus prote-*

*August. sup. Psal. 26.*

*ctor vitæ meæ, a quo trepidabo? super quem Psalm. D. Augustinus egregiè dixit: Protegi- tur Imperator scutatis, & non timet, protegi- tur mortalis, & securus est; protegitur mortalis, ab immortalis, & timebit? quid est illu- minatio Dei, & salus Dei, nisi gratia Dei? hæc est, quæ mentem illuminat, volunta- tem accendit, animæ salutem præbet, vi- res homini cōfert eas, ut idem regius psal- tes diceret: Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: cui sit honor, & gloria in sæcula sæcu- lorum. Amen.*

*Psal. 2.*

*Luc. 1.*

HOMILIA XI.

*Mariana illa verba: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? multifariam, multisque modis illustrantur, & ex illis aduersus obla- trantes Hereticos, constantissima Maria fides, integerrima Virgini- tas, voto constabilita, ac rara, & inaudita eius prudentia apertissime commonstrantur quorum occasione permulta ad informandos mores traduntur.*



**N**TEQVAM varia ar- cana, quæ in propositis verbis latent, detegamus, operæpretium duxi, prius pulchram Patrum conte-

xere catenam, qua B. Virginem ab Hære- ticorum calumnia perfucata fronte de incredulitate illam increpantium, acerrimè vindicemus. Contendant impij Hæ- retici, Mariam dubitasse de veritate rei ab Angelo sibi nunciatæ, & ided vacil- lantem dixisse: *Quomodo fiet istud* in camq; sententiam, quorundam Patrum extor- quent testimonia, præsertim August. & Chrysof. quia ille lib quæst noui, & veteris Test. dixit: *Ambigenti Maria de conce- ptu, possibilitatem Angelus prædicat*: quibus verbis apertè indicare videtur propterea Angelum instruxisse illam de possibili- tate mysterij, quod nuntiabat, adhibito exemplo Elisabethæ sterilis, quæ iam cō- ceperat. simulque subiunxit: *Quia non erit*

*Luc. 1.*

*D. August.*

*Luc. 1.*

*Chrysof. in*

*29. in Gen.*

*impossibile apud Deum omne verbū*. In idem trahunt Chrysof. introducentem Ange- lum a d. Mariam in hunc modum loquen- tem: *Ne quæras naturæ modum, & exordia, quando supra naturam sum, quæ sunt; sanè propter hoc eris, quoniam virum non cognoscis, nam si cognosceres, non fuisses habit a digna, ut huic ministerio seruiret, atque adeo, quod in- credula es propter hoc, crede.* Possuntq; hæc Patrum testimonia in hunc modum cor- roborari: nam; vel Virgo existimabat ad Christi conceptionem opus esse virili o- pera, & hoc non, cum non ignoraret tri- tum illud Isaïæ vaticinium: *Ece Virgo con- cipiet*: ut enim tradit D. Ambrosius, ipsa D. Ambrosii. legerat verba illa Isaïæ; & ut docet Diuus 2. in Lucam Thom. donum, & vsum prophetiæ habebat, & saltem perfectam fidem habebat D. Tho. 3. p. mysterij incarnationis, atque adeo, quod q. 23. ar. 1. Deus concipiendus erat à Virgine; vel pu- tabat, virilem operam ad eam concep- tionem non desiderari, & sic omninò fru- strâ, & præter rem, dixisset: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* nam, ut adnotauit Chrysof. præcitato loco; po- tius ad concipiendum Christum, oportebat, non cognouisse virum. restat ergo, ut dubitantis sint illa verba. Nodus sanè hic videtur difficilis, ac similis herculco nodo, in quo nec principium apparebat, nec finis: qualis etiam fuisse dicitur, nodus Gordius, quem

*Luc. 1.*

*D. Chrysof.*

quem Alexander, quia dissoluere nequit, ense dissecuit sed absit hic, quidquid garrunt Hæretici, tantam agnoscere difficultatem, multifariam enim enodari, ac dissolui posse arbitror. Primum quidem, si dicamus, probè quidem agnouisse Mariam ex vaticinio Isaiæ, Virginem concepturam, & parituram Christum, salua, & incolumi eius virginitate; sciebat tamen ex diuina omnipotentia effici posse, ut ex viro Virgo conciperet absque iactura suæ integritatis, sicut nonnulli dicunt futurum fuisse in statu innocentiae, ut scilicet absque læsione virginis claustrum, foeminae ex viris conciperent, ac parerent, & idè, quia ignorabat modum, rectè Maria interrogauit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Secundo facile hic nodus dissoluitur ex singulari illa pariter, & ingeniosa Alberti magni interpretatione, qui in comment. huius loci ait: *Quod ex hoc, quod Maria quæsiuit, non sequatur aliqua dubitatio, nec de facto, nec de modo, patet ex hoc, quod non omnis quæstio est propter dubitationem: Dominus enim in Euangelio, sepe plura quæsiuit, & tamen de nullis vnquam dubitauit: item Ioannes, cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos ex Discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? quod non propter se, sed propter Discipulos quæsiuit: similiter videtur, quod etiam B. Virgo quæsiuit non sibi, sed nobis. Concludit igitur Albertus, quæst. Virginis non factam propter dubitationem, sed (ut verbis eius utar) propter materiam plenioris descriptionem propter veritatis maiorem expressionem, ac denique propter nostram edificationem. Alij Theologi dicunt, verosimile factis esse, quod quamuis B. Virgo præcognouisset, Messiam ex Virgine fore concipiendum, non tamen statim ad omnia hæc attendit. hanc responsionem indicat D. Augustinus scem. 2. de Ann. & sufficienter etiam difficultatem soluit: cum enim statim non ad id attendisset, & alioquin tolicita esset de conseruanda sua virginitate, in ea verba amore illius proxi-*

pit: *Quomodo fiet istud, &c.* Tandem faciliorem intelligentiam, & veritati, & literæ magis consentaneam esse opinor, B. Virginem nihil aliud significare voluisse, quam supposito, quod ipsa non erat cognitura virum, ut certò supponebat ex vaticinio Isaiæ, quomodo, & qua ratione conceptio in ea perficienda esset interrogauit; ad quod respondit Angelus, per superuentionem, & obumbrationem Spiritus S. in eam faciendam fore. Patres autem adductos, August. & Chrysostr. cum alioquin magnis præconijs Mariæ fidem commendent, minimè gentium credam, incredulitatis macula eam labefactasse, vnde D. Thom. ait, August. de dubitatione admirationis non incredulitatis locutum fuisse: vel certè dicendum, non locutum de dubitatione circa rem reuelatam, sed circa modum, quem Virgo cupiebat ediscere, ut in simili dixit idem Aug. lib. 16. de Ciuitate Dei c. 24. exemplum autem Elisabethæ non adduxit Angelus ad confirmandam Mariam in fide, sed ad magis explicandum mysterium, vel, si credimus Bernardo, ad hoc, ut alacrem illam redderet de bono nuntio conceptionis Elisabethæ, sic enim ait S. Bernardus ho. 4. *Quid fuit necesse, etiam huius sterilis Virgini nunciare conceptum, numquid fortè dubiam adhuc, & incredulam oraculo, recentiore voluit confirmare miraculo: absit. ideo sterilibus cogratæ conceptus Virgini nunciatur, ut, dum miraculum mira uilo additur, gaudium gaudio cumuletur.* Chrysostr. vero arbitror, in. redulam vocasse propter aliquam in credendo morulam minime culpabilem, nisi mauis dicere (ut nonnulli tradunt) (verbum illud non inueniri in originali Græco Diui Chrysostr. sed vel ab aliquo indocto, vel forsan hæretico, in latina illius versione fuisse intrusum.

Hic iam prælibatis, producamus nunc antiquos, ac proceres Ecclesie Patres vnanimi assensu, contestantes, in illis verbis? *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco:* nullum proflus incredulitatis, aut

Luc. 1.

D. Tho. 3 p. 4. 30. art. 4. ad 2.

D. August.

D. Bernard. super missus.

Luc. 1.

dubitationis vestigium inueniri. immo  
**D. Bernard.** fidem magnam effulgere **D. Bernardus**  
**hom. 4.** in Annunc. veritas propolita  
 verba ait: *Non dubitat de facto, sed modum*  
*requirit, & ordinem nec enim querit: an fiet*  
*istud, sed, quomodo: quasi dicat: cum sciat*  
*Dominus meus testis conscientie mee, votum*  
*esse ancille sue non cognoscere virum, qua*  
*lege, quo ordine placebit ei, ut fiat istud: si*  
*opportuerit me frangere votum, ut pariam si-*  
*lium, & gaudeo de filio, & doleo de propo-*  
*sitio. Sin vero virgo concipiam, Virgo & pa-*  
*riam, quod utique si placuerit ei, impossibile*  
*non erit; tunc scio vere, quia respectu humi-*  
*litate ancilla sue. Gregorius Niluenus*  
**Episcopus oratione de humana Christi**  
**generat. & hom. 14. de Natiu.** *Quomodo*  
*fiet istud, ut granescam ex puluice. & ca-*  
*stissimo marito, quoniam virum penitus non*  
*cognosco & desponsata sum homini iusto, si*  
*cum illo non conuenero. Unde erit, quod*  
*generabo? sed si poterit fieri, ut concipiam*  
*intacta, & generem clausa, inuicem modum,*  
*& paratum inuenies cor meum: quoniam e-*  
*nim modis exopto me ego Deo meo, ut ha-*  
*beam prolem, & non perdam pudorem. Beda*  
**super c. 1. Luc.** *super cap. 1. Luca: Non ait: Quomodo hoc*  
*fiet? sed quomodo fiet (inquit) ordinem*  
*videlicet, cui subdatur, inquirens: non au-*  
*tem signum, cui credas, flagitans; nec e-*  
*nim decebat electam generando Deo virginem*  
*dubiam dissidentia. sed prudentia tantum exi-*  
**D. Anselm.** *stere: Diuus Anselmus lib. de excellentia*  
*beate Virginis cap. 3. O Domina (inquit)*  
*audis, qua feruntur ad rem omni seculo ma-*  
*ndi: an; paues, & mirari nulla tamen incredu-*  
*litate moueris: verum indubitanter tenes apud*  
*te, omnino impossibile fore non fieri, quod Ange-*  
*lus dixit futurum esse & subdit: Credidit ergo*  
*& certissime intellexit, Deum, tam bonum, tam*  
*pium tam misericordie visceribus plenum, ut*  
*ad terras de celesti sede descenderet, & hono-*  
*factus, per indebitum sibi mortem, genus huma-*  
*num a perpetua vellet morte, qua tenebatur,*  
*eripere respiciens ergo nuncio, ait: Ecce ancilla*  
*Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, o*  
*fides Deo accepta. o humilitas grata, o obedi-*  
*entia, omni sacrificio iucundior, Deo oblata. Theo-*

philactus deinde in cōmentario eiusdem  
 loci in hunc modum loquitur: *Non quasi*  
*discredens, dixit: quomodo erit mihi istud? sed*  
*ut prudens, ut intelligens, ut dicat modum,*  
*inquit, non enim prius tale quiddam factum*  
*est, nec post hoc fiet, ideo & ignoscit ei Angelus,*  
*& non: condemnat, ut Zachariam, sed magis*  
*modum docerunt Zacharias meritis condem-*  
*natur. habuit enim exempla multa: quando-*  
*quidem & male steriles pepererunt, Virgi-*  
*ni autem nullum exemplum erat. Diuus Bo-*  
*nauent. super eundem locum inquit: Nec*  
*omnino querit modum scōdi, seu signum, quod*  
*fidem faciat, ut Zacharias sed querit mo-*  
*rum faciendi, ut consentiat, secundum illud Pro-*  
*uerbiorum: Oculi tui recta videant, & pal-*  
*pebra tue precedant gressus tuos. Eulebius*  
*Emilienus egregia nobis scripta in idem*  
*argumentum reliquit, dum ait: Non dubi-*  
*tat fieri, quod Angelus fieri promittit; interro-*  
*gat tantum, quomodo fiat, quoniam, quomodo*  
*Virginem aliquando parturam audierat: di-*  
*cit enim Isaias: Ecce Virgo concipiet, & pariet*  
*filium, quomodo tamen pariet, non dicit; quia*  
*ergo Virgo est, & virum non cognoscit; quomodo*  
*pariat, & Virgo maneat, interrogat, quia nulli*  
*adhuc reuelatum erat. Hęc ille. fulgentissim-*  
*um Ecclesie lumen S. Pater Augusti-*  
*nus magnum discrimen inueniens inter*  
*interrogationem Zacharia, & Marię, in-*  
*quit: Zacharias quando ait: unde hoc sciam,*  
*vel per quid hoc cognosciam, qui sum odo cum*  
*uxore senex, desperando dixit, non inquirendo;*  
*Maria vero cū interrogat: quomodo fiet istud,*  
*quoniam virum non cognosco? inquirendo di-*  
*xit, non desperando propere ea illi dicitur: Ta-*  
*cebis, quia non credis. huic vero causa exponi-*  
*tur; quia dum interrogaret, de promissione non*  
*dubitauit. Sed, & Ambrosius Domini ma-*  
*ritem defendit, ac fidei imbecillitatem in*  
*solo Zacharia ponit. Maria (inquit) iam de*  
*negatio tractat; Zacharias adhuc de nuncio du-*  
*bi: at; negat ille, se credere, qui negat se scire, &*  
*quasi fidei adhuc querit alium auctorem. Ista*  
*se facere profiteretur, nec dubitat esse faciendam,*  
*quod quomodo fieri possit, inquit. & in eod-*  
*dem etiam loco de Marię inquit: Non fidem*  
*renuit, non officium resuscitauit, sed accommo-*  
*dauit*

deni affectum, spopondi obsequium. Etenim  
 non dixit: quomodo fiet istud: non de effectu  
 dubitavit, sed qualis a se ipso quisque esse-  
 rit. Ac tandem celeberrimus ille Petrus  
 Rauennas rationem reddens, quare inter-  
 rogans Zacharias, ab Angelo Gabriele  
 punitur, interrogans verò Maria gratum  
 ab eodem Angelo accepit responsum, hæc  
 præclara scribit: Ille pectorum cognitor, non  
 verba, sed corda prauit, non quid quisque di-  
 xerit, sed quid senserit, iudicauit. erat enim  
 interrogantium dissimilis causa, species perdi-  
 uersa. Hæc contra naturam credidit, ille pro na-  
 tura dubitavit; hæc integre ordinem rei requi-  
 rit, ille, quod Deus fieri iubet, fieri non posse  
 præscribit; ille impellentibus exemplis ad fidem  
 non accedit, hæc ad fidem sine exemplo præcar-  
 ritus miratur de parva virginali, hic disputa-  
 tur de conceptu coniugali: hæc tunc ille. Quæ  
 omnia Patrum testimonia ex verbis Eli-  
 sabeth Virginem alloquens aptissime  
 confirmantur: Beata es, qua credidisti, quo-  
 nam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à  
 Domino. ecce fateatur Elisabeth, diuino spi-  
 ritu afflata excellentem adeo fuisse Vir-  
 ginis credulitatem erga arcana ab Ange-  
 lo sibi reuelata, ut in premium illius im-  
 pleta forent in ea omnia, quæ Angelus ei  
 pollicitus fuerat.

Scio quidem, peridos Hæbræos abu-  
 sos fuisse hoc aduerbio: quomodo. iuxta in-  
 credulitatis indubitata indicia ostenden-  
 tes: apud Ioannem enim dixerunt: Nonne  
 hic est filius Ioseph, cuius nouimus patrem,  
 & matrem, quomodo ergo dicit hic, quia de  
 celo descendit: & rursus, cum Christus  
 Dominus diceret illis: Parris quem ego da-  
 bo, caro mea est promandi vita. ipsi vero  
 iurabant, dicentes: quomodo potest hic no-  
 bis carnem suam dare ad manducandum? ac  
 tandem, quando Christus ascendit in Tē-  
 plum, ibique docebat, adstantes mirabā-  
 tur, dicentes: quomodo hic literas scripsit, cum  
 non didicerit? quibus verbis aperte nega-  
 bant de celo eum descendisse, carnem  
 suam manducandam potestatem posse, aut  
 literatum esse, cum numquam didicisset;  
 at longe diuina est usurpauit huius ad-

uerbij; quomodo: apud Mariam. nam, (vt  
 aucto: est D. Ambrosius) sicut, cum A-  
 braham, pater credentium, audiuit, rectā  
 Chanaan, sibi, suisque posteris esse do-  
 nandam, diuino credidit oraculo, inter-  
 rogauit tamen modum, quo id esset exe-  
 cutioni mādandum, dicens: Domine Deus,  
 vnde scire possum, quod eam terram sibi posses-  
 surus? ita B. Virgo, mysterium sibi reue-  
 latum constantissime credens, de modo  
 solum quaesuit: vnde (inquit) Mariam  
 hoc voluisse dicere: Cum id, quod natura  
 est, non suppetat, quia non solet parere Virgo,  
 quæ viro non fuerit copulata, quare, quomo-  
 do præter instituta naturæ possum generare.  
 Deinde, cum Euangelicus ille Nicodemus,  
 Christo ei dicente: nisi quis renatus  
 fuerit denuo, non potest videre regnum Dei,  
 continuo interrogauit: & quomodo potest  
 homo nasci, cum sit senex? quæ quidem in-  
 terrogatio, (vt Cornelius adnotauit) non  
 fuit ex diffidentia orta, cum vere paratus  
 ad credendum, quæ à Christo audierat,  
 illā fecisset: propterea, n. meruit à Christo  
 edoceri modum, quo id fieri deberet  
 nempe per sacri baptismatis regenera-  
 tionem; eo sem ergo modo, immo magis  
 ab omni incredulitatis suspitione  
 alieno, beatissima Virgo Angelum in-  
 terrogauit; quomodo fiet istud? mysterij  
 quidem contenta, modi tamen ignata, de  
 quo sciscitatur, vt dicitur. Ac tandem, si-  
 cut olim castus Ioseph ob castitatis amo-  
 rem, à lasciuia femina prouocatus, di-  
 xit: quomodo possum hoc malum facere? ita B.  
 Virgo, zelo virginittatis, quam arden-  
 tissime amabat, audiens se concepturam,  
 & parturam; Ecce concipies & paries: li-  
 cer alioquin nihil mali suspicaretur, quæ  
 certo agnoscebat, sanctum Angelum Dei  
 secum loqui, interrogauit tamen mo-  
 dum, quo illa extrema adeo distantia,  
 Mater, & Virgo, inter se copulanda fu-  
 rent. Quare, tantum abest, vt verba hæc:  
 quomodo fiet istud, quoniam virum non, co-  
 gnosco? minimam aliquam incredulitatis  
 notam præferant, vt inter arcana, quæ  
 in eis delitebant, & nos referare pol-  
 licita

D. Ambr. 11.  
 2. de Abra-  
 ham cap. 8.

Gen. 15.

Ioan. 3.

Cornel. Epist.  
 in iua cocor.

Luc. 1.

Gen. 39.

Luc. 1.

Ibid.

polliciti sumus, primum omnium, insignis, ac irrefragabilis Mariæ fides annumeranda veniat: ut enim dixit D. Iren. li. 3. cap. 33. *Quod Eua ligavit per credulitatem, hoc Maria solvit per fidem, qua & altissima mysteria statim credidit, & sine mora obediendo, confestim.*

Quamplures insignis fidei viros sacra commemorant eloquia, quorum meminit Divus Paulus ad Heb. *Fide Enach placuit Deo, & translatus est. fide Noe aptavit Arcam, in salutem domus sue. fide Iacob singulos filiorum Ioseph benedixit, fide Ioseph mortuus de profectioe filiorum Israel in terram promissionis, & de ossibus suis illic asportandis, mandavit: fide Moyses natus, occultatus est: fide se, filii filia Pharaonis negavit. fide Pascha celebravit. fide Israel filij mare rubrum transierunt. fide muri Iericho corruerunt. & quid amplius dicam? deficiet enim me tempus de sanctis antiquis narrancem, qui (teste D. Paulo) *per fidem vice: vitæ regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes; quorum alij fide obtinuerunt ora leonum, sicut Daniel; alij fide extinxerunt impetum ignis, sicut tres pueri; alij fide convaluerunt de infirmitate, sicut filij Israel, & Ezechias; fide alij fortes facti sunt in bello, sicut Iosue, & Iudas Machabæus; fide etiam receperunt mulieres mortuos suos, sicut per Eliam, & Eliseum; alij propter fidem lapidati sunt, ut Ieremias in Aegypto, & Ezechiel in Babylone; alij secti sunt, ut Iasias, teste Hieronymo. in occasione gladij alij mortui sunt, ut Urias, & Iosias; fide alij circumierunt in melioris, ut Elias; & isti omnes & multi alij pericula præsentis sæculi transierunt; & fidei testimonio, probati inveniuntur: sed horum omnium fidem valde præcelluit fides magni Patriarchæ Abraham, quem adeo accuratè D. Paulus commendavit, ut, de eius fide loquens, diceret: *Contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium; secundum quod dictum est ei: sic eris semen tuum, sicut stelle cæli, & arena maris, & non infirmatus est in***

fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vulvam Sara; in reprobatione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissimo sciens, quia quæcumque promissit Deus, potens est & facere. Talibus his gravissimis verbis Doctor gentium Patriarchæ Abraham fidem commendat. Licet tamen celebris, ac æterna memoria digna fuerit Abraham fides, illam tamen fides Mariæ longo intervallo superavit: ille enim credit, sterilem nonagenariam parituram, Maria autem virginem futuram esse matrem: Abraham non defuit exemplum partus suæ uxoris (Adam enim, & Eua post centum, & triginta annos genuerunt filium suum Seth, immò Noe, dum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet) Virgo autem beata, nec primam similem viderat, nec futuram sequentem timebat: Abraham promissa est proles, sed ex femina, & viro; Virgini autem ex femina sine viro; Abraham credit, purum hominem ab eo fore generandum, Maria vero, Deum hominem ab ea esse concipiendum; Abraham, ut facta sibi promissio impleteretur, Deum etiam posse mortuum Isaac suscitare non dubitavit (ut observavit D. Paulus) estimans, quod parens ebi Deus eum à mortuis suscitare, & virginem autem beata Deum nasci, & moti possibile firmissime credidit. Crediderat olim Gedeon Domino, quod saluare debebat populum Israel per manus suas à Midianitis, sed non absque signo miraculoso sibi exhibito: *Ponam hoc vellus lane in ara, si ros in se'o vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel: Maria autem Angelo ei prænuncianti, uniuersum mundum per filium eius à Diaboli teruiture redimendum: Ipse enim saluum faciet populum suum, firmissime assensit. Crediderant olim Moyses, & Aaron non tamen absque hæsitacione, & diffidentia, dum dixerunt: *Nam de petra hac vobis aquam poterimus eicere? beata autem Virgo ex petra intrati**

facti sui veteri futurum fore: ut fons vivus scaturiret, indubitanter credidit.

Hinc est, quod Sancti Patres variis encomiis Mariæ fidem commendant; ut enim tradit Abulensis, propter eximiam fidei illius perfectionem, Augustinus vocavit illam: *Marem credentium*: Athanasius serm. de sanctis. Deipara: *hæresum interemptricem*; gnatius epist. i. *Christiana religionis magistram*: D. Cyrillus contra Nestorium: *Sceptrum fidei*: cui cognomini si adiungamus Antiquos ad significandam Concordiam, depinxisse cornices duas in medio cuiusdam sceptri credi, ut significarent, scepra, & regna tandem, quamdiu concordia duratura; apte inde colligimus, quod cum B. Virgo pariter sit sceptrum fidei, & reconciliatrix Dei, & hominū, Deum quidem in Maria, adamusim expetisse egregiam quandam imaginem fidei, & Ecclesiæ Catholicæ perpetuitatis, ita ut, solo eius favore suffulta, porre inferi aduersus eam praualete nulla ratione queant. Quid plura in Mariæ fidei laudem, in medium producam? In eo quidem valde effulget Mariæ fides, quod cum alioquin Paulus ad Romanos 2. dicat: *fides ex audita*, Virginem autem concipere, & Dei genitricem fieri prodigium sit à seculo non auditum, ut ait Iſai. cap. vii. *quis audiuit unquam tale*, Virgo tantum hoc inauditum firmissime credidit. deinde, quorum exempla videntur, facilius creduntur (nec enim est incredibile, quod exemplo monstratur) Deum autem fieri hominem, nullo exemplo visibile erat isaia dicente, cap. 53. *quis vidit huic simile?* Mariæ autem fides adeo creuit, ut non dubitaret se Deum hominem concepturam; vnde potiori iure de illa quam de Centurione dicere potuisset Christus Dominus, *non inueni tantā fidem in Israel*. Adhæc: reuocate quæso in memoriam Christum Dominum expresse docuisse, ad transferendum ingentem montem ex vno loco ad alium, exiguam fidem sufficere: *si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: transfer huic illuc, &*

*transibit, & nihil impossibile erit vobis*: verum ad hoc, ut sublimis ille mons Verbi diuini de sinu Patris ad vterum Virginis transferretur, multo quidem maior fides necessaria erat, fides quidem tam audax, ut eo perueniret, quo nulla vquam attingere tentauit intelligentia; fides tam velox, ut ascenderet super Cherubin, & volaret super Seraphin; fides denique tam potens ut accederet ad inaccessibleem, & comprehenderet incomprehensibilem, arctaret immensum, & caperet, quem cœli cœlorum capere non possunt. Talis fuit integerrimæ Virginis nostræ fides, quæ super cœlorum cacumina scandens, immensam illam diuinitatis abyssum in arcuissimam virginem veteri sui sinu conclusit, & circumferentia ipsius illum circumscriptis, ut sic impleteretur illud Ieremias: *Mulier circumdabit virum.*

Ierem. 31.

Ex his omnibus in eam ducor sententiam, ut putem, nostrum S. Bernardinum Senensem verissime afferuisse serm. 15. de festiuitatibus Virginis, plus meruisse Mariam eo actu fidei, & odedientie, quo Angelo annuncianti filij conceptionem, assensit, quam meruerint omnes sancti omnibus actibus, ac meritis suis; quia videlicet eo actu meruit saltem de congruo eam dignitatem, cui excellentior gratia, & gloria quam reliquis debetur; & ad hoc accommodat verba illa sapientis: *Multæ filie congregauerunt diuitias, tu vero supergressa es vniuersas.*

S. Bern. serm. 15. de festiuitatibus Virg.

Porro, iam ad secundum arcanum in verbis Mariæ latens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* accedamus. Hæc verba apte explicari posse arbitror per illa Cantic. *exspoliasti me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* cum enim ait: *exspoliasti me tunica mea*: significat abdicasse à se omnem filiorum iobolē, & eorum procreationem, qua tunc, velut tunica, sterilitatis ignominia tegebatur; cum verò subdit: *quomodo induar illa?* perinde est ac si diceret: *quomodo propositum virginitatis, voto obsignatum, violabo; iterumque assumam*

Lac. 7.

Cant. 5.

Ibid.

M m m sumam

*Id.* Summam libertatem nubendi? ac tandem  
*Luc. 1.* subiungit: *lani pedes meos quomodo inquin-*  
*Id.* *ho illo?* aperte significat se, per perpetua  
*Galatin. li. 7.* virginittatis votum, ab omni viri affectu,  
*de arcan. Ca.* & desiderio proflus alienam esse, & ideo  
*thol. verit. c.* quæsiuit: *quomodo fiet istud, quoniam virum*  
*14.* *non cognosco?* Sed ex Patrum doctrina ead-  
*Aug. lib. de* dem verba aperiamus. Illi unanimi con-  
*8. virgin. c.* sensu docent, his verbis indicasse B. Virgi-  
*4. ser. 14.* nem votum emisisse perpetua virginittatis,  
*de nativ.* atque adeo ligatam, & impeditam esse  
*Bern. ser. 4.* ad licitè cognoscendum virum. Si enim  
*de Assumpt.* ex voto non esset impedita, non erat, cur  
*et homil. 4.* interrogaret: *quomodo fiet istud, quoniam virum*  
*in Missis.* *non cognosco?* quia facile posset illi respon-  
*Ansel. lib. de* deri: libertatem habere facultatè cognoscendi  
*excell. Virg.* virum, vt filium conciperet: vnde sensus  
*c. 4.* illorū verborū est: quomodo fiet istud de  
*Ambros. li. 2.* concipiendo filium, cum propter votum  
*in Luc.* virginittatis à me emisissim, nāhi nō liceat  
*Beda lib. 1.* virum agnoscere? & licet B. Virgo locuta  
*in Luc. c. 1.* fuerit de presenti, dicens: *non cognosco*, idē  
*Ansb. ho.* fuit ac si diceret: *non cognoscam*: quia apud  
*super illud:* Hebræos vna, eademque vox præsens, &  
*Intrauit. Ie.* futurum tempus sæpe designat, vt adno-  
*tas in quoddā* tauit Galatinus lib. 7. de arcanis. nec ab-  
*Castellum.* horret ab hoc vulgaris noster modus lo-  
*liber magn.* quendi; nam, cum quis die sibi prohibi-  
*super Missis.* to inuitatur ad vescendum carnibus, re-  
*Hugo de S.* spōdere solet: hodie non vescar. carnibus,  
*Victore lib.* q̄ perinde est ac si diceret nō vescar hanc  
*de perp. virg.* expositionē acceptant Augustinus, Ber-  
*Maria.* nardus, Anselmus, Ambrosius, Beda, &  
*Gre. Nissen.* Ansbertus. Et quidem B. Virginem ante  
*D. Bonas. in* Angelicam annunciationem virginittatis  
*4 d. 30. art.* votum emisisse, præter Scholasticos Do-  
*1. q. 2.* ctiores id asserentes cum Magistro Sentē-  
*Soc. q. 2. a. 2* tiarum in 4. dist. 30. & præter Patres nuper  
*Ricard. ar. 2.* citatos, id docuerunt Albertus Magnus  
*q. 1.* super Missis, Hugo de S. Victore lib. de  
*Maior. q. 4.* perpetua virgin. Maria, necnon Gregor.  
*Durand. q. 2.* Nissen. orat. de Christi Natiu. cuius au-  
*Supplementū* tea verba non sunt silentio prætermittē-  
*Gabriel ar. 2.* da: sic enim ait: *Audi pueræ Virginis vocem,*  
*q. 2.* *Angelus partum denunciat, & illa virginittatis*  
*Soc. q. 2. ar. 2* *tem amplectitur, interdicit mibi (inquit) est*  
*Magist. in 4.* *viri consuetudo: vt virum cognoscam, fieri*  
*4. 30.* *non potest; quo pacto hoc mihi non ingeret si nu-*

*ptiarum causa sumpta erat à Ioseph, quomo-*  
*do Angelum de partu prædicentem, quasi ve-*  
*nua, & insolita obstupescida, auersa ef-*  
*fer, cum profus speraret, se quoque aliquando*  
*matrem esse futuram, sed quoniam Deo dica-*  
*rum, & consecratam carnem; veluti sanctum*  
*quoddam donarium, intactam seruari oportet;*  
*bat, propterea, etiam Angelus sic (inquit) ac*  
*de celo veneris; etiam si supra hominem sit id,*  
*quod apparet; aramen, vt virum cognoscam*  
*fieri non potest. quomodo mater ero, absque vi-*  
*ro: Iosephum enim sponsum quidem noui, vi-*  
*ram autem non cognosco. hæc tenus Nissen.*  
*Episc. Chy-*  
*Stopol. in Ca-*  
*Magist.*  
 Addit etiam episcopus Chrystopo-  
 litanus in Cant. Magnificat, ad illa verba:  
 fecit mihi magna: a tempore Conceptionis  
 illud votum emisisse Virginem: *Di-*  
*cunt (inquit) viri quidam contemplatiua,*  
*quod Virgo illud post sanctificationem, fecit*  
*votum perpetua virginittatis in vtero Maris;*  
*quod sane mihi creditur difficile non est; nam*  
*et B. Virgo sæper, quod melius, & Deo gratius*  
*agnoscebat, eligeret, ipsaque nō ignorasset, vir-*  
*ginitatem voto illustratam, Deo gratiorem, &*  
*sibi vtiliorem esse, nō dubita, quin à tempore sui*  
*cōceptionis illā Deo, voto consecrasset. Vnde*  
*D. Anselmus. li. de excell. Virginis, ca. 4.*  
*hanc rationē insinuans, dixit: Virgo tenera,*  
*& delicata, regali stirpe progenita, & speciosis-*  
*simā, totam intentionem suam, totam amorem*  
*suam, totū studium suum ad hoc intendit, vt cor-*  
*pus, & animam suam Deo virginittate pepe-*  
*tua consecraret: sciebat enim, quod quan-*  
*to sanctius eam seruaret, tanto sublimius ei,*  
*qui omnium castissimus, immo ipsa castitas*  
*est, appropinquaret. Hinc oportet, dicant*  
*Virgines à Maria eorum Duce, & magis-*  
*tra, virginittatis Deo oblate renaces esse*  
*valde, & in eius custodia constantissimos,*  
*& inuincibiles persistere: hæc n. ratione*  
*arbitror, Antiquos olim, armatas depin-*  
*xisse virgines, scutum in sinistra, & lan-*  
*ceam in dextera tenentes, vt intelligerēt,*  
*pro tuenda pudicitia, semper paratas esse*  
*debere ad inferendum bellum his, qui tam*  
*pretiosum thesaurū subripere vulerint.*  
*vnde quemadmodum hortus Hesperidū,*  
*auream ferax fructum, custodem ha-*  
*bebat*



sebat Draconem priuilegium, mala aurea  
vigilanter obicuantem; ad eandem mo-  
dum fractus virginittatis pretiosissimus  
est, & mala germinans, auro ipso Arabie  
multo a stimabiliora; quamobrem non  
secus, ac; alter Draco, Angelus, cui ma-  
ximè cognata est virginittas, Marianæ in-  
tegritatis custos fuit, tantum abest, quod  
ad eam violandam aliquid nunciauerit.  
Præter hanc autem angelicam custodiã,  
ipsa Virgo, instar pastoris Argos, centum  
oculos habentis, adeo vigilanter super  
suam Virginittatem custodem se exhibuit,  
ut etiam Angelo annunciantem conceptum,  
continuo sui pudoris sollicita, occurreret:  
*Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognos-*  
*co:* S. Hieron. epist. 140. ad Principiam,  
probe agnoscens, quantum oporteret  
Virginem, (& maxime Deo sacratam)  
vigilantem, armatam, & undique muni-  
tam aduersus castitatis hostem incedere,  
in hunc modum loquitur: *Arbitror te ac-*  
*ciensam Christi, gladio militare; ut autem*  
*scias super virginittatem, gladium habere pud-*  
*icitiam, per quam trunces opera carnis, & superes*  
*voluptates, gentilis quoque error Deas virgi-*  
*nes inxistit armatas.* Quem locum inter ec-  
clesia Zodiaci signa Virgo tenet, eundem  
inter homines uiuens castus homo, casta-  
que teneat femina: illa inter Leonem  
est, & Libram; castus homo inter Leo-  
nem uiuat, id est, fortitudinem, & Li-  
bram, hoc est, temperantiam: exigit en-  
nim castitas, ut sit perpetua, leonem, à  
quo custodiatur, & Libram, in qua cibum,  
& potum, maxime uini, in quo (ut Paulus  
ait) est luxuria, uettes, amicitias, collo-  
quia, aspectusque; ponderet atque mensuret.  
Vetus prouerbiu fuit: *Magis timendum esse*  
*seruonem exercitum duce leone, quam leonem, duce*  
*seruo:* certe humanorum affectuum dux,  
uoluntas est, unde, si in uirgine instat leo-  
nis, illa sit, fortis, atque generosa, formida-  
bilis erit exercitus hosti tartareo; si tamẽ,  
instat ceruæ fuerit imbellis, atque timida,  
facile superabitur: oportet igitur Virgi-  
nem, constantem, & bellicosam esse.

Tertium tandem arcana, in uerbis

Mariæ: *Quomodo fiet istud, delitescens, rara,*  
ac singularis Prudentia est, quã in eis mi-  
rifice adeo ostentauit, ut non immerito  
spontus ei dixerit: *ficut uitta coccinea labia*  
*tua:* per Virginis enim labia, eius pruden-  
tem loquelã exprimit, *uitta coccinea* aptè  
illam comparans; quoniam sicut formi-  
næ solent uitta coccinea, etines de huc,  
uel illic inordinate effluant, coarctingere,  
ita B. Virgo prudentiæ examine con-  
stringebat sermones suos, ne temere ef-  
fluere; dicit autem, illam uittam fuisse  
*coccineam*, quia Virginis in loquendo pru-  
dentiã, charitate ruberet. Sed illa alia ipsi  
uerba, quæ paulo inferius subdit: *Fauus*  
*distillans labia tua, sponsa, mel, & leo sub lin-*  
*gua tua:* praestantiam uirginis sermo-  
nis mirum in modum commendans; comparat il-  
lum *fauo*, propter eximiam eius dulcedinẽ,  
*distillans*, ait, ut significet eius affabilitatẽ,  
nec uacat mysterio, quod uocet illum, *dis-*  
*stillantem*, & non *effluentem*, quia pruden-  
ter loquens, non effundit, quidquid no-  
uit, nec multa uerba ex ore eius fluunt, sed  
pauca, quasi guttatim distillata paulatim  
decidunt, & cum pondere, & mensura,  
iuxta illud Ecclesi. *uerbis tuis facito state-*  
*ram:* quem locum D. Ambrosii lib. offic. c.  
3. dixit: *Profer sermones ad mensuram, libra*  
*examinauit iustitiam, ut sit grauitas in sensu, in*  
*sermone pondus, in uerbis modus:* huiusque  
rationem reddidit D. Chrysost. acutè  
satis his uerbis: *Si enim hoc facimus in auro*  
*multo magis faciendum est in uerbis, ut nihil*  
*desit, nihil redundet:* hec prudentia maxime  
uiguit in uirgine, quæ cum tam multa,  
ac sublimia arcana penetraret, paucissima  
tamen locutura legimus, ne in maledi-  
ctionem illam incurreret, de qua Numer. *10.*  
*19. Vasa, quod non habuerit operculum, nec*  
*ligaturam desuper, immundum erit:* in quæ  
uerba D. Gregorius ait: *quasi uas sine oper-*  
*culo, uel ligatura polluitur, qui per studium*  
*ostensionis patens, nullo uelamine taciturnita-*  
*tis operitur* In his tamen uerbis: *Quomodo*  
*fiet istud, quoniam uirum non cognosco:* illud  
singulare iux prudentiæ specimen Ma-  
ria uirgo exhibuit, quod cum filij conce-  
pit.

Maria 2 pro,

*ibid.*

ptio, & partus: *Ecce concipies, & paries*: viderentur virginitati eius, quam tantopere amabat, & Deo dicauerat, contrariari, prudenter ad se pertinere putauit, quis esset futurus modus talis cōceptionis, interrogare, & discere, quidue officij in eo negotio ipsa præsitura esset: quo exemplo, vtile valde documētum nobis omnibus, & præsipuē virginibus exhibuit, ne videlicet facile pollicitationibus, & munetibus sibi oblati decipiantur, sed quomodo res licite fieri possit, diligenter exquirant; in hoc enim valde inter se discriminantur filia Euz à filiabus Mariæ, quod illæ, sicut Eua promissioni serpentis, *erit* sicut *Dij*: acquiescens, virorum pollicitationibus facile annuunt, & instar Euz non quærens modum, quo Dij fieri possent, ipsæ non interrogant: *Quomodo fiet istud?* illæ vero, quæ Mariæ vestigia sequuntur, vanis, ac ementitis virorum promissis autem non accommodant, sed prudenter inquirunt: *Quomodo fiet istud?*

*Gen. 3.**Luc. 2.**ibid.**Eccl. 19.**Luc. 1.**Eccl. 19.*

quomodo patientes tui ex claro genere orti, patientur te humili ancillæ nubere? quomodo tot mihi diuitias polliceris, cum multa nec tibi, nec tuis superant bona? sanè huiusmodi interrogationes prudentiam redolent; maxime, cum sapiens dicat: *Qui cito credit, leuis est corde, & mirabitur*: quæ verba non solum veram doctrinam, sed & prophetiam aperitissime continent, cum tot fatuas, & imprudentes virgines mendacibus virorum pollicitationibus leuiter credentes (proh dolor) virginitatis suæ pudore minoratas non semel videamus. Magna quidem, & inaudita pollicitatio facta fuit Mariæ, dum ei prædicatur, futuram esse Dei matrem; nihilominus tamen, rem accurate perpendens, & modum considerans, inquit, qua ratione id executioni mandandum esset. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*: Obseruauit ad vaguem multis retrò annis (vt supra dixi) hoc documētum magnus Patriarcha Ioseph, qui scē nōne ad venerem eum allicienti, ne operi nefario acquiesceret, dixit: *Ecce De-*

minus meus, omnibus mihi traditis, ignoras, quid habeat in domo sua, neque quidquam est, quod non sit in potestate mea, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius est; quomodo ergo possum hoc malum facere? Dulcis quidem apparet homini Venerea voluptas, ceterum amara est, si ea homo fruatur, extra matrimonij thorum immaculatum. Inueni (inquit Salomon) *amariorē morte mulierem*; sic Ioseph amaritudinem inueniens in peccato adulterij, minime consensit. Olim misit Isaac filium suum Esau ad venandum, vt de fera capta comederet, & illi benediceret, & cum citius illo veniret Iacob, cibum se simulans ei porrigere ex venatione, ait illi Isaac: *Quomodo tam cito inuenire potuisti fili nati? qui respondit: Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi, quod volebam*. ecce commendabilem patris sui Isaac sollicitam interrogationem, quomodo nempe, tam cito occurrisset ei, quod venatus esset. non secus, si nos cupimus aliquid venari, modum prius discutiamus oportet, vt sic dicere possimus cum Iacob: *Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi*. Idem etiam documētum (licet in diuersa longe materia) custodiuit prudentissimus Rex Dauid: nam videns Ozam misere interiisse, quia manum ad arcam Dei extenderat, vt teneret eam; ingenti terrore percussus, dixit: *Quomodo ingreditur ad me arca Domini? postea verò obseruans, quod propter ingressum arcæ in domum Obbededom, Deus benedixerat domui illius, confestim sententiam mutauit dicens: Reducam arcam cum benedictione in domum meam*: ita sanè negotia sunt mature perpendenda non temere præcipienda, vt felicem exitum habeant. Vt enim Nautæ, cum magnam aliquam nauigationem inchoare satagunt, non statim è portu proficiscuntur, sed tempus prius obseruant, & semel, atque iterum in eminentem locum conscendunt, vt ventorum status speculentur, quos cum suæ nauigationi prosperos agnoscunt, continuo vela expandunt sequi nauigationi committunt; ita, cum ali-

quod

quod negotium occurrit petendum, non confectum res executioni mandanda, sed prius maturo consilio perpendenda, & rumianda, postea velociter exsequenda est: quod & Antiqui significare voluerunt. Testudinem cum alas depingentes, per testudinem quidem in progrediendo quandam morositatem, & tarditatem in negotiis perpendendis; per alas vero velocitatem postea in illis exsequendis (ni fallor) significare intendebant. Quod si ad dignitates, & honores sermonem conuertamus, Virgo ipsa aperte nos docuit, quanta discussione opus sit in earum acceptatione, cum sub illis lateant grauissima onera, angelicis quoque humeris formidanda; honorem enim, onus esse, apertissime significauerunt verba Centurionis, dum dixit: *Nam, & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; ecce, non in potestate, sed sub potestate se esse affirmat, ad significandum, quod sua illa potestas nihil aliud erat, quam graue quoddam onus magnam ei molestiam inferens. Sed quid dico, potestatem, & honorem esse onus, veri est acerba Crux, ut Ilias de Christi loquens regio honore dixit: & factus est principatus super humerum eius: quae verba exponens Glosa intellicatur, pro principatu, Crux interpretatur: ecce, quod propheta vocat, Principatus Glosa Crux appellat, quasi haec synonima sint Tandem ex verbis Deiparae, aliud valde utile documentum erue possimus: nimirum, ut in rebus arduis non innitatur prudentia nostra, sed sapientum consilia quaeramus: sapientissima erat Virgo, & tamen in arduo illo negotio de virginitate cum maternitate coniungenda, non erubuit ab Angelo consilium quaerere, sciscitans ab eodem, quo id facien dum erat: *quomodo feci istud, quoniam virum non cognosco? Certe Salomon dixit: fili, sine consilio nihil facias; quia (videm tradit) ibi sauis, ubi multa consilia. Aduertit tamen a tibi sapiens; Multi pacifici sunt tibi, & Consultarius si tibi unus de mille; praua caua electio**

Achitophelis in consiliarium, decepit, & perdidit Absalonem; unde audeo dicere; non essent tot Absalones; improbi, nisi tot essent Achitopheles, perfidi consiliarij. Imitemur ergo B. Virginem, quae non quempiam in consiliarium sibi adhibuit, sed sanctitate conspicuum, & sapientia praeditum, Archangelum Dei; cui sit honor, & gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XII.

Expositionibus variis, partim ex praeceptorum Patrum doctrina, partim à nobis excogitatis enucleamus Angelica illa verba: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Luc. 16



EATVS Petrus Damianus difficultatem propositi argumenti probe agnoscens, ait: Cum beatissima Genitri D. Pet. Damianus Dei laudes scribere serm. 2. de volumus; quia noua, & Natiu. Virg. inaudita sunt, quae tractanda suscipimus, nulla inuenimus verba, quibus ad haec digne exprimenda sufficere valeamus. Tollit enim facultatem sermonis, materia singularis: quae enim lingua explicare sufficit, vel quae ratio humana non obstupescat, cum cogitare coeperit, quia creator oritur ex creatura, factor fit ex factura; quod in virginea puella rursus contigit, qui vassissima totius mundi amplius d. ne non tenetur. Intra materna viscera paruit, qui cum coeterno Patre, rerum omnium iura gubernat, immensus O beata verba quae dum tenuer lac puerilibus labiis insunt, angelorum cibum, & hominum pascunt; exiguum exprimit liquorem, & mundi restituit creatorem. Quae sua virtutis imperio maris procellas mitigat, qui fluminibus indeficientem aquarum impetum subministrat, qui aridam terram innumeris vbique fontibus irrigat, raras de virgineo pe-

M. m. ; flore